




DHU AL-RUMMAH

DE DSV R'RVMMA POETA





Dhū al-Rummah, Ghaylān ibn ʿUqbah

DE

DSV R'RVMMA POETA ARABICO ET CARMINE EIVS

ما بال عينك منها الماء ينسكب

COMMENTATIO.

SCRIPSIT

RVDOLFVS SMEND
PHIL. DOCTOR.

BONNAE
SVMPTIBVS EDVARDI WEBER
(R. WEBER & M. HOCHGÜRTEL.)
MDCCCLXXIV.

Bonnae, formis Caroli Georgi.

[redacted]

Abu 'l Harith Gailan Dsu 'r Rumma e gente Banu Adi inter clarissimos Arabum poetas numeratur. De genealogia poetae cf. Hammer, Literat. Gesch. d. Arab. I, 2 pg. 409; Fundgruben d. Or. IV, 113; Wüstenfeld, Geneal. Tab. J 21; cf. Register pg. 383; Ibn Khall. ed. Slane ٥٩٣; Kit. Alag. XVI, ١١٠; Codd. AD; Sacy, Anthol. Gramm. 146; Tazjin Alaswaq (Qah. a. H. 1279) ١٤٥. Dixit Abu Amr Ibn Alala فتح الشعر بامرئ القيس وختم بذى الرمة i. e. Primus poetarum fuit Imruu 'l Qais et postremus Dsu 'r Rumma. Imprimis eum inter omnes Islami poetas optime in carminibus suis comparationes instituisse contendunt et ipse dixisse fertur اذا قلت كانه ثم لم اجد مخرجا فقطع الله لسانى i. e. si dico: quasi, non invenio exitum; itaque abscidat Deus linguam meam! Aequalis erat poetis Alfarazdaq et Djarir, de quorum cum eo certamine complura narrantur. Illum, quum quondam interrogavisset ما اقعدنى عن غاية الشعراء i. e. quid me impedivit, quominus summum honoris gradum inter poetas assequerer, responsum tulisse dicitur بكاؤك على الدمن ووصفك الفطا وابوال الابل i. e. quod (assidue) lacrimavisti propter domiciliorum vestigia et scabiem et urinam camelorum descripsisti; cf. Ibn Khall. ٥٩٩; Kit. Alag. ١١٥, ubi نقط loco نقط legendum est. Mater eius erat Zabja e gente B. Asad, fratres Djirfas, Aufa, Hisham, aliis Masud, Aufa, Hisham, aliis, qui Aufam B. Dalham consobrinum poetae fuisse dicunt, Masud, Djirfas, Hisham. Omnes tres poetas fuisse, sed Dsu 'r Rummam carmina eorum sibi attribuisse contendunt. Kit. Alag. XVI, ١١١; Tibr. ad Hamas. ٣٩٨. Amica, quam carminibus suis celebravit, erat Majja e gente B. Minqar; Kit. Alag. XVI, ١٢١, ١٢٩; Ibn Khall. ٥٩٣; Wüstenfeld, Geneal. Tab. L 23; Tazjin Alaswaq ١٤٥. Non consentiunt, num Majja eadem sit atque Kharqa; Kit. Alag. XVI, ١١٠; Cod. Berol. Wetzst. I, 56 fol. 79^{b}. Plurimi quidem narrant poetam Kharqam, quae e tribu B. Amir oriunda fuisset, celebrasse, ut Majjam irritaret; ipsum vero paulo post mortuum esse; Ibn Khall. ٥٩٤; Hamas. ٥٨٧; Kit. Alag. XVI, ١١٥, ١٢٣; Hamas. ٦٧٩; Harir. ٣٢٣ ed. alt. Quadraginta annos natus, quum ad Hishamum chalifam pro-

ficisceretur, in desertis a. H. CXVII mortuus ibique loco elato sepultus esse dicitur; de causa mortis non consentiunt; Kit. Alag. ١٣٦, ١٢٧. Sed plurima eorum, quae de eo traduntur, non sunt nisi narratiunculae, quae ex ipsis versibus fictae esse videntur; cf. Harir. ٣٢٣; Kit. Alag. XVI, ١١٢, ١١٨. — Hamas. ٦٧٩; Ibn Khall. ٥٩٤; Kit. Alag. XVI, ١١٩, ١٢٠, ١٢١. Memoria dignum est, quod poeta scribendi et legendi peritus his artibus clam tantum usus esse dicitur; Kit. Alag. ١٢١. Etiam de causa, propter quam cognomen ذو الرمة acceperit, omnino discrepant narratores; cf. Djauh. et Muhit Almuhit s. v. رمم; Yacut s. v. رمة, II ٨٢٣; Ibn Doreid ed. Wüstenf. ١١٩; Tazjin Alaswaq ١٤٥; Harir. ٣٢٣; Ibn Khall. ٥٩٩; Kit. Alag. ١١٠, ١١١, ١٢٥; ceterum apud Harir. ٣٢٣ فزع loco قرع legendum est; cf. Kit. Alag. ١١١. De poeta nostro disseruit. Hammer (Literat. Gesch. I, 2 pg. 401 sqq.); sed et narratiunculae et versus pessime translati sunt.

Inter carmina, quae Dsu 'r Rumma confecit, ab Arabibus maxime aestimabatur illud, quod incipit ما بال عينك منها الماء ينسكب; cf. Ibn Khall. ٥٩٩; Kit. Alag. ١١٨. Argumentum carminis hoc est. Poeta cum sociis iter faciens se ipsum interrogat de causa moeroris; num nuntium tristem acceperit, an transierit vestigia domicilii, quae antea obliterata nunc denuo vento retecta sint (v. 1—5.). Ipse vero respondet se commotum esse desiderio veteris Majjae sedis, adhuc in regione Zurq reliquae. Laudat pulchritudinem et virtutes amicae, queritur sortem suam, quod ab ea separatus sit (v. 6—29.). Minime vero desperavit neque desiit esse vir, qui inter socios alacritate et strenuitate excellit, si cum camela sua nobili per deserta periculosa iter facit (v. 30—39.). Describit deinde onagrum cum feminis ad aquam accedentem (v. 40—66), tum taurum silvestrem in desertis pernoctantem et cum canibus pugnantem (v. 67—106.), denique struthiocamelum atque pullos eius (v. 107—131.). Omnes tres cum camela sua comparat propter celeritatem omnibus communem; sed series casu et fortuito facta esse videtur nec omnino singula inter se cohaerent; cf. vv. 67. 107. Quamvis de absolutione ac perfectione poetica carminis uni Arabes, qui id summis laudibus efferunt, judices idonei sint, tamen vel nobis judicare licet cum versibus veterum id vix comparari posse. Imprimis descriptiones illae saepe ad summum tumorem perductae et nimia illa vocabulorum rarorum affectatio vituperandae sunt, quum comparationes re vera eleganter et venuste institutae saepius nostram quoque admirationem moveant. Sed potissimum permultis illis vocabulis raris, quorum totum carmen plenum est, neque pulchritudine eius poetica factum est, ut apud omnes notum atque clarum esset. Itaque in Djauharii lexico ex CXXXI versibus LV commemorantur, in libro Muhit Almuhit XXII,

apud Zamakhsharium in libro Alkashshaf IV, in libro Muhibb Aldini Effendi شرح شواهد الكشاف XI, praeterea multis aliis locis. Ea de causa in eo edendo operam haud supervacaneam et inutilem locasse mihi videor, quum evenerit, ut adjumenta sat ampla nanciscerer, quae hoc loco breviter recenseam. In edendo carmine aderant:

A. Cod. ms. Mus. Brit. Add. 7573 Rich., cui inscriptum est ديوان شعر ذى الرمة رواية الاصمعى; cf. Catal. Cod. Orient. Mus. Brit. II pg. 276. Idem est atque ille, qui Fundgr. d. Or. IV, 113 commemoratur. Sub finem codicis e nostro carmine denuo inveniuntur versus 15—64; lectionis varietatem infra siglo W adnotavi.

B. Cod. ms. Mus. Brit. Add. 7530, Rich. fol. 156 sqq.; cf. Catal. II pg. 257 sq.

C. Cod. ms. Mus. Brit. Add. 19,403, fol. 138—146, cui inscriptum est كتاب جمهرة اشعار العرب فى الجاهلية والاسلام تاليف ابى زيد محمد بن ابى الخطاب القرشى; cf. Catal. II pg. 480.

D. Cod. ms. Bibl. Reg. Berol. Wetzst. I, 56, fol. 80—89, qui inter varia carmina hoc quoque continet; cf. Ahlwardt, Arab. Hss. zu Berlin p. 15.

E. تزيين نهاية الارب فى اخبار العرب تاليف اسكندر آغا ابكاريوس طبع فى بيروت سنة ١٨٦٥.

Codices ABC Cl. Prym anno MDCCCLXVIII descripserat, qui vir et apographi sui et libri E usum mihi summa cum liberalitate concessit. Quod codice Berolinensi uti potui, debeo eximiae V. Ill. Lepsii, cui nunc regiae Bibliothecae cura demandata est, liberalitati, qua eum ad Cl. Gildemeisterum huc transmittendum curavit.

Cod. A ante a. H. DCCXXVII scriptus scholiis brevibus instructus est, quae propter menda saepius vix intelligi possunt. Maximam partem ex opere Alasmaii excerpta esse videntur et ad recensionem pertinent, quae nonnullis locis cum nostra discrepabat; in diiudicanda lectionis varietate plerumque huius scholia secutus sum. Saepius quoque errores ex poetae verbis male scriptis in scholia irrepserunt. Verba carminis mendis non omnino vacua sunt et vocalibus saepissime male instructa.

Cod. B, qui ex sententia Cl. Rieu saeculo Ch. septimo decimo attribuendus est, eodem ordine eosdem versus atque cod. A praebet et raro tantum ab eo discedit, sed vocalibus bene instructus est et scholiis latioribus, quorum exigua tantum pars (usque ad v. 11) praesto erat.

Cod. C carmen nostrum inter septies septem carmina praebet, quae Abu Zaid Mohammed Ibn Abi 'l Khattab Alqurashi saeculo secundo collegit et in septem ordines disposuit. Deest unus versus (v. 79), quem cod. A exhibet, et inveniuntur tres (vv. 49. 76. 126.), qui in cod. A

desunt. Saepissime cum cod. A discrepat et multis locis librarium lascive et verba poetae et versuum ordinem mutavisse putes. Brevissimis scholiis instructus est et mendis non caret. Scriptus est a. H. MI.

Cod. D paulo post, anno H. MLII exaratus est. Accurate et eleganter scriptus et commentario latiore instructus est, quem auctor, qui Arabicis Persica immiscet, saepius temere ex aliis composuit. Qamusum commemorat, ut eum non ante saec. H. nonum vixisse appareat, sed multo recentior esse videtur. Legum metricarum haud peritus erat. Praebet octo versus (vv. 22—26. 49. 76. 126.), qui in cod. A desunt, sed eundem versuum ordinem atque ille tenet neque unquam fere multum ab eo discedit. Ipsum carmen praecedit fol. 79[b] narratiuncula de Kharqa similis iis, quas Kit. Alag. XVI, ۱۳۴ et Ibn Khall. ۵۹۴ exhibent.

Etiam liber E carmen nostrum inter septies septem carmina exhibet; sed et carminibus ipsis et ordine eorum neque cum codice C neque cum eo, quem Cl. Rieu Catal. Mus. Brit. II pg. 747 (Or. 415) commemorat, consentit. In initio tantum carminis ad recensionem codicis C appropinquat (cf. v. 9) et usque ad v. 14 tantum eundem versuum ordinem atque ille habet; inde enim ad ordinem codicis A redit. Praebet quinque versus (vv. 22—26.), qui in codd. ABC desunt, et duos (vv. 49. 76.), qui in codd. AB desunt; contra omittit quatuor (vv. 125. 127—129.) qui in codd. ABCD inveniuntur. Poetae verba erratis multis corrupta sunt.

Quum talis codd. mss. conditio sit, non opus est, ut latius exponatur, cur codici A potissimum fides habenda sit. Omnes vero codices ex uno exemplari manasse puto propter errores quosdam tum nonnullis tum omnibus communes; cf. vv. 9. 13. 19. 21. 70. 75. 78. Omnes versus, qui in codd. inveniuntur, recepi, quum discernere non auderem, num illi, qui in codd. AB desunt, poetae attribuendi sint necne, quamvis mihi jam inde suspecti sint, quod nullum eorum, qui in cod. A desunt, alias commemoratum inveni; itaque eos uncinis inclusi. Lectionis varietatem, quam scholiastae commemorant, siglo Al. adnotavi; librariorum errores tradere plerumque omisi.

Cod. C hunc versuum ordinem habet: 1—6. 9. 7. 8. 10. 13. 14. 11. 12. 19. 20. 15. 18. 21. 16. 17. om. 22—26. 27—43. 45. 44. 46. 47. 53. 48. 49. 50. 52. 51. 54—78. om. 79. 80—98. 100. 99. 101—114. 117. 115. 116. 118—126. 128. 129. 127. 130. 131.

E 1—6. 9. 7. 8. 10. 13. 14. om. 15. 11. 12. 16. 17 etc.

Praeter codices, quos supra commemoravi, mihi noti sunt:

1. Cod. ms. Bibl. Acad. Reg. Scient. Lugd. Nro. LII pg. 84 e carmine nostro XXV versus continet, quos multis mendis corruptos esse comperi; cf. Jongii Catal. pg. 102 sqq.

2. Deinde carminum undequinquaginta collectiones tres:

a. Cod. ms. Mus. Brit. Or. 415 (cf. Catal. II pg. 747), qui carmen nostrum cum commentario latiore exhibet; sed tempore, quo Cl. Prym Londini aderat, ignotus erat.

b. Cod. ms. Bibl. Reg. Berol. Spr. 1215, 1 fol. 76^b sqq., qui codici C similis esse videtur et quo me propter ea, quae Cl. Ahlwardt (Arab. Hss. z. Berlin pg. 179 sq.) de eo dicit, carere posse putavi; cf. Journ. of the Asiat. Soc. of Beng. XXV pg. 199.

c. Etiam codicem 174 Collectionis Pocockianae carmen nostrum continere putem; cf. Urii Catal. pg. 268; G. Jonesius, Essay on the Eastern Nations in opp. Tom. X pg. 342 London 1807. 8.

بسم الله الرحمن الرحيم

قال ذو الرمة

مَا بَالُ عَيْنِكَ مِنْهَا ٱلْمَآءُ يَنْسَكِبُ ... كَأَنَّهُ مِنْ كُلَى مَفْرِيَّةٍ سَرِبُ
وَفْرَآءَ غَرْفِيَّةٍ أَثْأَى خَوَارِزَهَا ... مُشَلْشِلٌ ضَيَّعَتْهُ بَيْنَهَا ٱلْكُتَبُ
أَسْتَحْدَثَ ٱلرَّكْبُ عَنْ أَشْيَاعِهِمْ خَبَرًا ... أَمْ رَاجَعَ ٱلْقَلْبَ مِنْ أَطْرَابِهِ طَرَبُ
أَمْ دِمْنَةٌ نَسَفَتْ عَنْهَا ٱلصَّبَا سُفَعًا ... كَمَا تُنَشَّرُ بَعْدَ ٱلطِّيَّةِ ٱلْكُتُبُ
سَيْلًا مِنَ ٱلدِّعْصِ أَغْشَتْهُ مَعَارِفَهَا ... نَكْبَآءُ تَسْحَبُ أَعْلَاهُ فَيَنْسَحِبُ
لَا بَلْ هُوَ ٱلشَّوْقُ مِنْ دَارٍ تَخَوَّنَهَا ... مَرًّا سَحَابٌ وَمَرًّا بَارِحٌ تَرِبُ
يَبْدُو لِعَيْنَيْكَ مِنْهَا وَهْىَ مُزْمِنَةٌ ... نُؤْىٌ وَمُسْتَوْقَدٌ بَالٍ وَمُحْتَطَبُ

In nomine Dei clementis misericordis!

1 Quid est, quod ab oculo tuo aqua manat, quasi esset defluens ab assumentis (utris) concinnati,

2 ampli, coriaria arbore garf confecti, cuius suturas corrupit (aqua) stillans, quam inter se amittunt fila?

3 Num perceperunt equites novum de sociis nuntium, an invasit cor motus e motibus suis?

4 An (commoverunt te) habitaculorum vestigia, a quibus dispandit Eurus strias nigras, ut explicantur libri, postquam complicati fuerunt,

5 quasi aquae instar fluxisset cumulus arenae, quo indicia eorum texerat ventus declinans, qui summum eius aequaverat et (totus) jam aequus erat?

6 Minime! At est desiderium propter habitaculum (ortum), quod comminuit modo nubes modo aestuosus pulveris plenus.

7 Apparet oculo tuo ex eo, quamvis vetus sit, incile et focus vetustus et lignorum locus

إِلَى لَوَائِحَ مِنْ أَطْلَالِ أَحْوِيَةٍ   كَأَنَّهَا خِلَلٌ مَوْشِيَّةٌ قُشُبُ
بِجَانِبِ ٱلزُّرْقِ لَمْ تَطْمِسْ مَعَالِمَهَا   دَوَارِجُ ٱلْمُورِ وَٱلْأَمْطَارُ وَٱلْحُقُبُ
دِيَارُ مَيَّةَ إِذْ مَيٌّ تُسَاعِفُنَا   وَلَا يَرَى مِثْلَهَا عُجْمٌ وَلَا عَرَبُ
بَرَّاقَةُ ٱلْجِيدِ وَٱللَّبَّاتِ وَاضِحَةٌ   كَأَنَّهَا ظَبْيَةٌ أَفْضَى بِهَا لَبَبُ
بَيْنَ ٱلنَّهَارِ وَبَيْنَ ٱللَّيْلِ مِنْ عَقِدٍ   عَلَى جَوَانِبِهِ ٱلْأَسْبَاطُ وَٱلْهَدَبُ
عَجْزَآءُ مَمْكُورَةٌ خُمْصَانَةٌ قَلِقٌ   عَنْهَا ٱلْوِشَاحُ وَتَمَّ ٱلْجِسْمُ وَٱلْقَصَبُ
زَيْنُ ٱلثِّيَابِ وَإِنْ أَثْوَابُهَا ٱسْتُلِبَتْ   عَلَى ٱلْحَشِيَّةِ يَوْمًا زَانَهَا ٱلسَّلَبُ
تُرِيكَ سُنَّةَ وَجْهٍ غَيْرِ مُقْرِفَةٍ   مَلْسَآءَ لَيْسَ بِهَا خَالٌ وَلَا نَدَبُ
إِذَا أَخُو لَذَّةِ ٱلدُّنْيَا تَبَطَّنَهَا   وَٱلْبَيْتُ فَوْقَهُمَا بِٱللَّيْلِ مُحْتَجِبُ
سَافَتْ بِطَيِّبَةِ ٱلْعِرْنِينِ مَارِنُهَا   بِٱلْمِسْكِ وَٱلْعَنْبَرِ ٱلْهِنْدِيِّ مُخْتَضِبُ

8 usque ad apparentia vestigia tentoriorum vaginis pictis novis similia.

9 In latere regionis Zurq non obliteraverunt indicia eius arenae vento agitatae et pluviae et anni.

10 O sedem Majjae, quum Majja nobis faveret! Neque eius similem videbunt barbari neque Arabes.

11 (Virgo), cuius collum et pectora fulgebant, candida, quasi fuisset cerva, quae in apertum prodiit per arenas

12 inter diem et noctem a colle, cuius in lateribus cardui et frondes virides erant.

13 Magnis clunibus, crassis et rotundis cruribus, ventro gracili praedita, in qua vacillabat cingulum, et integrum erat corpus et ossa.

14 Vestium decus — et si vestibus super pulvino privata erat, ornabat eam privatio.

15 Ostendebat tibi formam faciei haud ignobilis, laevem, in qua non erat naevus neque cicatrix.

16 Si frater deliciarum huius mundi ea intime utebatur et tentorium super ambos nocte velatum erat,

17 odorabatur (nasu), cuius radix fragrabat, cuius partes molles musco et ambaro Indico tinctae erant.

تزداد للعين ابهاجا اذا سفرت ۝ وتحرج العين فيها حين تنتقب

لمياء في شفتيها حوة لعس ۝ وفي اللثات وفي انيابها شنب

كحلاء في برج صفراء في نعج ۝ كأنها فضة قد مسها ذهب

والقرط في حرة الذفرى معلقه ۝ تباعد الحبل منه فهو يضطرب

[ليست بفاحشة في بيت جارتها ۝ ولا تعاب ولا ترمى بها الريب]

[ان جاورتهن لم يأخذن شيمتها ۝ وان وشين بها لم تدر ما الغضب] ١

[صمت الخلاخيل خود ليس يعجبها ۝ نسج الاحاديث بين الحي والصخب]

[وحبها لي سواد الليل مرتعدا ۝ كأنه النار تخبو ثم تلتهب]

[واسوءتاه ثم يا ويلاه ويا حربي ۝ اني اخو الجسم فيه السقم والكرب]

تلك الفتاة التي علقتها عرضا ۝ ان الكريم وذا الاسلام يختلب

18 Magis exhilarabat oculum, si vultum retegebat, et praestrictus erat oculus in ea tempore, quo faciem operiebat.

19 Fuscis labiis praedita, cuius in labiis erat color ruber ad nigrum vergens, pulchra nigredo, et cuius in gingiva et dentibus erat frigus;

20 cuius oculi admodum nigri erant, dum nigras partes undique albedo circumdabat, flava cum albedine, quasi fuisset argentum, quod tetigit aurum.

21 Et inauris in aure nobili locum tenebat; remota erat ab ea cervicis cum collo commissura, ita ut semper pendula esset.

(22 Non loquebatur turpia in tentorio vicinae; neque vituperabatur neque in eam cadebat suspicio.)

(23 Si cum iis vicinitatem inibat, non asciscebant sibi naturam eius; et si eam calumniabantur, nesciebat, quid esset ira.)

(24 Virginem, cuius compedes sonum non edebant, venustam, quam non delectabant rumores inter gentem sparsi nec clamor.)

(25 Et nocte obscura amor eius mihi anxio ignis quasi erat, qui quiescit, tum vero exardescit.)

(26 Eheu! vae mihi! perii! sum frater corporis, in quo sunt morbus et tristitiae.)

27 Haec est virgo, cui forte fortuna deditus fui; (nam) nobilis et muslimus ex improviso decipitur

لَيَالِيَ ٱللَّهْوُ يُطْبِينِى فَأَتْبَعُهُ   كَأَنَّنِى ضَارِبٌ فِى غَمْرَةٍ لَعِبُ

لَا أَحْسِبُ ٱلدَّهْرَ يُبْلِى جِدَّةً أَبَدًا   وَلَا تُقَسِّمُ شِعْبًا وَاحِدًا شُعَبُ

زَارَ ٱلْخَيَالُ لِمَيٍّ هَاجِعًا لَعِبَتْ   بِهِ ٱلتَّنَائِفُ وَٱلْمَهْرِيَّةُ ٱلنُّجُبُ

مُعَرِّسًا فِى بَيَاضِ ٱلصُّبْحِ وَقْعَتُهُ   وَسَائِرُ ٱلسَّيْرِ إِلَّا ذَاكَ مُنْجَذِبُ

أَخَا تَنَائِفَ أَغْفَى عِنْدَ سَاهِمَةٍ   بِأَخْلَقِ ٱلدَّفِّ مِنْ تَصْدِيرِهَا جُلَبُ

تَشْكُو ٱلْخِشَاشَ وَمَجْرَى ٱلنِّسْعَتَيْنِ كَمَا   أَنَّ ٱلْمَرِيضُ إِلَى عُوَّادِهِ ٱلْوَصِبُ

كَأَنَّهَا جَمَلٌ وَهْمٌ وَمَا بَقِيَتْ   إِلَّا ٱلنَّحِيزَةُ وَٱلْأَلْوَاحُ وَٱلْعَصَبُ

لَا تَشْتَكِى سَقْطَةً مِنْهَا وَقَدْ رَقَصَتْ   بِهَا ٱلْمَفَاوِزُ حَتَّى ظَهْرُهَا حَدِبُ

كَأَنَّ رَاكِبَهَا يَهْوِى بِمُنْخَرَقٍ   مِنَ ٱلْجَنُوبِ إِذَا مَا رَكْبُهَا نَصَبُوا

تَخْدِى بِمُنْخَرِقِ ٱلسِّرْبَالِ مُنْصَلِتٍ   مِثْلِ ٱلْحُسَامِ إِذَا أَصْحَابُهُ شَحَبُوا

28 noctibus, quibus lusus me alliciebat; et eum sequebar, quasi essem natans in gurgite jocans,

29 quum non putarem tempus unquam novitatem triturum esse, neque unam gentem divisuras esse factiones.

30 Visitavit imago Majjae dormientem, quocum luserant deserta et Mahrenses (cameli) nobiles,

31 sub finem noctis levi somno correptum, cui instat pugna aurora candente et reliquum iter, nisi hoc abscissum est,

32 fratrem desertorum, qui dormiebat apud (camelam) macram, cuius in glabra lateris parte propter cingulum cicatrices sunt.

33 Queritur annulum et amborum lororum tractum, ut gemescit aegrotus ad visitantes morbidus.

34 Quasi esset camelus robustus; et non reliqua est, nisi natura et ossa et nervi.

35 Querimonia non habetur de lapsu eius, quamvis, ut saltaret, eam coegerint deserta, ita ut dorsum gibberosum fieret.

36 Quasi eques eius avolaret in regione, in qua dilaceratur Auster, si equites eius iter accelerant,

37 festinat cum viro, cuius vestes laceratae sunt, acri, gladio simili, si socii eius pallescunt.

وَٱلْعِيسُ مِنْ عَاسِجٍ أَوْ وَاسِجٍ خَبَبًا   يُنْحَزْنَ مِنْ جَانِبَيْهَا وَهْيَ تَنْسَلِبُ
تُصْغِي إِذَا شَدَّهَا بِٱلْكُورِ جَانِحَةً   حَتَّى إِذَا مَا ٱسْتَوَى فِي غَرْزِهَا تَثِبُ
وَثْبَ ٱلْمُسَحَّجِ مِنْ عَانَاتِ مَعْقُلَةٍ   كَأَنَّهُ مُسْتَبَانُ ٱلشَّكِّ أَوْ جَنِبُ
يَحْدُو نَحَائِصَ أَشْبَاهًا مُحَمْلَجَةً   وُرْقَ ٱلسَّرَابِيلِ فِي أَلْوَانِهَا خَطَبُ
لَهُ عَلَيْهِنَّ بِٱلْخَلْصَاءِ مَرْتَعَةٌ   فَٱلْفُودَجَاتُ فَجَنْبَيْ وَاحِفٍ صَخَبُ
حَتَّى إِذَا مَعْمَعَانُ ٱلصَّيْفِ هَبَّ لَهُ   بِأَجَّةٍ نَشَّ عَنْهَا ٱلْمَآءُ وَٱلرُّطَبُ
وَصَوَّحَ ٱلْبَقْلَ نَآجٌ تَجِيءُ بِهِ   هَيْفٌ يَمَانِيَةٌ فِي مَرِّهَا نَكَبُ
وَأَدْرَكَ ٱلْمُتَبَقَّى مِنْ ثَمِيلَتِهِ   وَمِنْ ثَمَائِلِهَا وَٱسْتُنْشِئَ ٱلْغَرَبُ
تَنَصَّبَتْ حَوْلَهُ يَوْمًا تُرَاقِبُهُ   صُحْرٌ سَمَاحِيجُ فِي أَحْشَائِهَا قَبَبُ

38 Et cameli albi collo protenso incedentes aut celeriter currentes, dum simul uno pede priore et uno posteriore utuntur, ab utroque latere percutiuntur, dum illa strenue procedit.

39 Inclinat se in latus, si ei sellam imponit, donec, si in stapedibus firmiter consedit, subsilit

40 ut subsilit (onager) morsu laceratus inter asinas regionis Maqula, quasi claudus esset vel latus suum quereretur,

41 propellens voce sua progenie carentes, similes, firmiter contortas, quarum vestes cinereae sunt, quarum in coloribus color viridis ad nigrum vergens.

42 Sunt ei super illas in regione Khalsa, pascuo suo opimo, et Fudadjat et utroque Vahif clamores.

43 Donec, si ardor aestatis ei concitatur cum fervore, propter quem deficit aqua et (herbae) virides,

44 et torret herbas vehemens (flatus), quem efficit ventus fervidus Jamanensis, qui a via solita iter flexit,

45 et defecit residuum reliquiarum cibi in ventre eius et in ventribus earum et minimum aquae odore percipitur,

46 consistunt circum eum die quodam eum observantes colore cineraceo dorsis longis insignes, quarum in lateribus gracilitas est.

حَتَّى اذا ٱصْفَرَّ قَرْنُ ٱلشَّمْسِ أَوْ كَرَبَتْ   أَمْسَى وَقَدْ جَدَّ فِي حَوْبَائِهِ ٱلْقَرَبُ

فَرَاحَ مُنْصَلِتًا يَحْدُو حَلَائِلَهُ   أَدْنَى تَقَاذُفِهِ ٱلتَّقْرِيبُ وَٱلْخَبَبُ

[كَأَنَّهُ مُعْوِلٌ يَشْكُو بَلَابِلَهُ   اذا تَنَكَّبَ مِنْ أَجْوَازِهَا نَكِبُ]

يَعْلُو ٱلْحُزُونَ بِهَا طَوْرًا لِيُتْعِبَهَا   شِبْهَ ٱلضِّرَارِ فَمَا يُزْرِى بِهَا ٱلتَّعَبُ

كَأَنَّهُ كُلَّمَا ٱرْفَضَّتْ حَزِيقَتُهَا   بِٱلصُّلْبِ مِنْ نَهْسِهِ أَكْفَالَهَا كَلِبُ

كَأَنَّهَا إِبِلٌ يَنْجُو بِهَا نَفَرٌ   مِنْ آخَرِينَ أَغَارُوا غَارَةً جَلَبُ

وَٱلْهَمُّ عَيْنُ أُثَالٍ مَا يُنَازِعُهُ   مِنْ نَفْسِهِ لِسِوَاهَا مَوْرِدًا أَرَبُ

فَغَلَّسَتْ وَعَمُودُ ٱلصُّبْحِ مُنْصَدِعٌ   عَنْهَا وَسَائِرُهُ بِٱللَّيْلِ مُحْتَجِبُ

عَيْنًا مُطَحْلَبَةَ ٱلْأَرْجَاءِ طَامِيَةً   فِيهَا ٱلضَّفَادِعُ وَٱلْحِيتَانُ تَصْطَخِبُ

يَسْتَنُّهَا جَدْوَلٌ كَٱلسَّيْفِ مُنْصَلِتٌ   بَيْنَ ٱلْأَشَاءِ تَسَامَى حَوْلَهُ ٱلْعُسُبُ

47 Tandem, si flavescit cornu solis aut occasui propinquus est, sub vesperum vehemens est in anima eius (cupido), ut ad aquam accedat.

48 Et prima nocte acer voce sua propellit conjuges suas; primum cursus eius est, ut per vices pedes posteriores et priores tollat vel alterno crurum explicatu incedat.

(49 Quasi ejulans curas suas quereretur, quotiescunque e coetu earum una alterave declinat.)

50 Interdum ascendit cum iis loca aspera, ut eas fatiget, quasi nocere vellet; neque est, ut despectui eas objiciat, fatigatio.

51 Putes eum, quia, quotiescunque agmen earum in terra aspera dispersum est, podices earum mordet, rabie canina correptum esse.

52 Quasi illae essent cameli, quos homines celeriter propellunt in alium locum, tutum ab aliis, qui latronicium fecerunt.

53 Et cura est fons Utal neque eum trahit necessitas animae ad descensum alium.

54 Et veniunt sub finem noctis, dum columna aurorae ex parte effulget, ita ut appareant, et reliqua eius pars nocte velata est,

55 ad fontem, cuius latera viridia sunt, plenum, in quo ranae et pisces clamant.

56 Prorumpit ex eo inter palmas rivulus instar educti gladii violentus, circum quem de altitudine certant rami.

وَبِٱلشَّمَائِلِ مِنْ جِلَّانَ مُقْتَنِصٌ   رَذْلُ ٱلثِّيَابِ خَفِيُّ ٱلشَّخْصِ مُنْزَرِبُ

مُعِدُّ زُرْقٍ هَدَتْ قُضْبًا مُصَدَّرَةً   مُلْسَ ٱلْمُتُونِ حَدَاهَا ٱلرِّيشُ وَٱلْعَقَبُ

كَانَتْ إِذَا وَدَقَتْ أَمْثَالُهُنَّ لَهُ   فَبَعْضُهُنَّ عَنِ ٱلْأُلَّافِ مُنْشَعِبُ

حَتَّى إِذَا ٱلْوَحْشُ فِي أَهْضَامِ مَوْرِدِهَا   تَغَيَّبَتْ رَابَهَا مِنْ خِيفَةٍ رِيَبُ

فَعَرَّضَتْ طَلَقًا أَعْنَاقَهَا فَرَقًا   ثُمَّ ٱطَّبَاهَا خَرِيرُ ٱلْمَآءِ يَنْسَكِبُ

فَأَقْبَلَ ٱلْحُقْبُ وَٱلْأَكْبَادُ نَاشِزَةٌ   فَوْقَ ٱلشَّرَاسِيفِ مِنْ أَحْشَائِهَا تَجِبُ

حَتَّى إِذَا زَلَجَتْ عَنْ كُلِّ حَنْجَرَةٍ   إِلَى ٱلْغَلِيلِ وَلَمْ يَقْصَعْنَهُ نُغَبُ

رَمَى فَأَخْطَأَ وَٱلْأَقْدَارُ غَالِبَةٌ   فَٱنْصَعْنَ وَٱلْوَيْلُ هِجِّيرَاهُ وَٱلْحَرَبُ

يَقَعْنَ بِٱلسَّفْحِ مِمَّا قَدْ رَأَيْنَ بِهِ   وَقْعًا يَكَادُ حَصَا ٱلْمَعْزَاءِ يَلْتَهِبُ

كَأَنَّهُنَّ خَوَافِي أَجْدَلٍ قَرِمٍ   وَلَّى لِيَسْبِقَهُ بِٱلْأَمْعَزِ ٱلْخَرِبُ

57 Et in latere septentrionali venator e gente Djillan, cuius vestes viles erant, parvus corpore, latibulum intraverat,

58 qui parabat (cuspides) caeruleas, quae ducebant sagittas, quarum pectora crassa et dorsa laevia erant, quas ducebat penna et nervus.

59 Quotiescunque similes earum ad eum appropinquaverant, una earum a sociis separata est.

60 Donec, quum ferae in descensu inferiore occultae essent, eas inquietas reddiderunt propter metum suspiciones.

61 Et abientes obtulerunt colla perterritae; tum vero eas invitavit murmur aquae fluentis.

62 Et accesserunt albo ventris colore insignes, dum jecora se efferebant supra infimas costas palpitantia.

63 Tandem, quum delapsi essent haustus per omnes fauces ad sitim eamque non explevissent,

64 telum misit et non feriit — nam fata vicerunt — et terga converterunt illae et eheu! mos eius est (clamare) et vae calamitatem!

65 Pulsabant locum declivem, quia eum viderant, pulsu, quo glarea terrae durae paene ardescebat.

66 Quasi fuissent pennae minores accipitris avidi, quem ut praevertat in terra dura, recedit tarda.

أَذَاكَ أَمْ نَمِشٌ بِٱلْوَشْيِ أَكْرُعُهُ   مُسَفَّعُ ٱلْخَدِّ غَادٍ نَاشِطٌ شَبَبُ
تَقَيَّظَ ٱلرَّمْلَ حَتَّى هَزَّ خِلْفَتَهُ   تَرَوُّحُ ٱلْبَرْدِ مَا فِي عَيْشِهِ عَتَبُ
رَبْلًا وَأَرْطَى نَفَتْ عَنْهُ ذَوَائِبُهُ   كَوَاكِبَ ٱلْقَيْظِ حَتَّى مَاتَتِ ٱلشُّهُبُ
أَمْسَى بِوَهْبِينَ مُخْتَارًا لِمَرْتَعِهِ   مِنْ ذِى ٱلْفَوَارِسِ تَدْعُو أَنْفَهُ ٱلرِّبَبُ
حَتَّى إِذَا جَعَلَتْهُ بَيْنَ أَظْهُرِهَا   مِنْ عُجْمَةِ ٱلرَّمْلِ أَثْبَاجٌ لَهَا حَبَبُ
ضَمَّ ٱلظَّلَامُ عَلَى ٱلْوَحْشِيِّ شَمْلَتَهُ   وَرَائِحٌ مِنْ نَشَاصِ ٱلدَّلْوِ مُنْسَكِبُ
فَبَاتَ ضَيْفًا إِلَى أَرْطَاةِ مُرْتَكِمٍ   مِنَ ٱلْكَثِيبِ لَهَا دِفْءٌ وَمُحْتَجَبُ
مَيْلَاءَ مِنْ مَعْدِنِ ٱلصِّيرَانِ قَاصِيَةٍ   أَبْعَارُهُنَّ عَلَى أَهْدَافِهَا كُثَبُ
وَحَائِلٌ مِنْ سَفِيرِ ٱلْحَوْلِ جَائِلُهُ   حَوْلَ ٱلْجَرَاثِيمِ فِي أَلْوَانِهِ شَهَبُ
[كَأَنَّمَا نَفْضُ ٱلْأَحْمَالِ ذَاوِيَةً   عَلَى جَوَانِبِهِ ٱلْفِرْصَادُ وَٱلْعِنَبُ]

67 Utrum hic (camelae meae similis est) an bos annosus, cuius crura colore maculosa sunt, cuius gena nigra est, qui mane prodit, alacer?

68 Qui degit aestatem in arenis, donec herbas earum postremas concutit frigus nocturnum, nullo vitae incommodo affectus,

69 (concutit, dico,) plantas auctumnales et arta arborem, cuius (frondes quasi) antiae ab eo repellunt stellas aestatis, donec (solis) flammae emoriuntur.

70 Sub vesperum est in regione Vahbin, quam pascuum suum opimum elegit, dum e Dsu 'l Fawaris nasum eius allicit trifolium serotinum.

71 Donec, si eum inter terga sua posuerunt arenarum vastarum loca media, striis ornata,

72 contrahit caligo vestem suam super feram et (pluvia) vespertina de Aquarii nube effusa.

73 Et hospitis instar pernoctat (annixus) ad arta arborem collis arenacei densi, quae praebet calorem et locum seclusum,

74 curvam remotam, quam continuo visitant boum armenta, quorum stercora in tumulis eius globuli sunt

75 et folia gilva e deciduis huius anni, quae circum radices feruntur, quorum color cineraceus est;

(76 quasi folia decidua (onus deciduum) flaccida in lateribus eius essent mora et uvae.)

كَأَنَّهُ بَيْتُ عَطَّارٍ يُضَمِّنُهُ   لَطَائِمَ ٱلْمِسْكِ يَحْوِيهَا وَتُنْتَهَبُ
إِذَا ٱسْتَهَلَّتْ عَلَيْهِ غَبْيَةٌ أَرِجَتْ   مَرَابِضُ ٱلْعِينِ حَتَّى يَأْرَجَ ٱلْخَشَبُ
تَجْلُو ٱلْبَوَارِقُ عَنْ مُجْرَمِّزٍ لَهِقٍ   كَأَنَّهُ مُتَقَبِّي يَلْمَقٍ عَزَبُ
وَٱلْوَدْقُ يَسْتَنُّ عَنْ أَعْلَى طَرِيقَتِهِ   جَوْلَ ٱلْجُمَانِ جَرَى فِي سِلْكِهِ ٱلثُّقَبُ
يَغْشَى ٱلْكِنَاسَ بِرَوْقَيْهِ وَيَهْدِمُهُ   مِنْ هَائِلِ ٱلرَّمْلِ مُنْقَاضٌ وَمُنْكَثِبُ
إِذَا أَرَادَ ٱنْكِرَاسًا فِيهِ عَنَّ لَهُ   دُونَ ٱلْأَرُومَةِ مِنْ أَطْنَابِهَا طُنُبُ
وَقَدْ تَوَجَّسَ رِكْزًا مُقْفِرٌ نَدُسٌ   بِنَبْأَةِ ٱلصَّوْتِ مَا فِي سَمْعِهِ كَذِبُ
فَبَاتَ يُشْئِزُهُ ثَأْدٌ وَيُسْهِرُهُ   تَذَؤُّبُ ٱلرِّيحِ وَٱلْوَسْوَاسُ وَٱلْهِضَبُ
حَتَّى إِذَا مَا جَلَا عَنْ وَجْهِهِ فَلَقٌ   هَادِيهِ فِي أُخْرَيَاتِ ٱللَّيْلِ مُنْتَصِبُ
أَغْبَاشَ لَيْلٍ تِمَامٍ كَانَ طَارِقَهُ   تَطَخْطُخُ ٱلْغَيْمِ حَتَّى مَالَهُ جُوَبُ

77 Quasi esset domus aromatarii, in quam condit vesiculas musco refertas; colligit eas et auferuntur.

78 In quem (collem), si cum fragore effunditur imber, fragrant cubilia boum, ita ut vel ipsa ligna fragrent.

79 Fulgentibus nubibus apparet pedibus contractis albus, quasi esset veste indutus, qui procul a suis recessit.

80 Tractat latibulum cornibus suis et diruit illud arenae effusae moles diffissa et spissa.

81 Et guttae manant de linea in spina eius, ut volvuntur margaritae, quarum in filis se movent foramina.

82 Si prono capite in id impetum facere vult, adversatur ei infra stirpem radix e radicibus arboris.

83 Et auscultat sonum submissum solitarius, qui strepitum lenem celeriter percipit, cuius in auditu non est error.

84 Et pernoctat, dum eum inquietum reddit humor et vigilantem ventus undique oriens et soni submissi et pluviae.

85 Donec, si apparet fulgente aurora, cuius praecursor extrema noctis parte oritur,

86 sub finem noctis brumalis, quam duplice veste induit densitas nubis, donec eam removerunt lucida coeli intervalla,

غَدَا كَأَنَّ بِهِ جِنًّا تَذَأَّبُهُ ✻ مِنْ كُلِّ أَقْطَارِهِ يَخْشَى وَيَرْتَقِبُ

حَتَّى إِذَا مَا لَهَا فِي ٱلْجُدْرِ وَٱتَّخَذَتْ ✻ شَمْسُ ٱلنَّهَارِ شُعَاعًا بَيْنَهُ طِبَبُ

وَلَاحَ أَزْهَرُ مَشْهُورٌ بِنُقْبَتِهِ ✻ كَأَنَّهُ حِينَ يَعْلُو عَاقِرًا لَهَبُ

هَاجَتْ لَهُ جُوَّعٌ زُرْقٌ مُخَصَّرَةٌ ✻ شَوَازِبٌ لَاحَهَا ٱلتَّغْرِيثُ وَٱلْجَنَبُ

غُضْفٌ مُهَرَّتَةُ ٱلْأَشْدَاقِ ضَارِيَةٌ ✻ مِثْلُ ٱلسَّرَاحِينِ فِي أَعْنَاقِهَا ٱلْعَذَبُ

وَمُطْعَمُ ٱلصَّيْدِ هَبَّالٌ لِبُغْيَتِهِ ✻ أَلْفَى أَبَاهُ بِذَاكَ ٱلْكَسْبِ يَكْتَسِبُ

مُقَزَّعٌ أَطْلَسُ ٱلْأَطْمَارِ لَيْسَ لَهُ ✻ إِلَّا ٱلضِّرَاءَ وَإِلَّا صَيْدَهَا نَشَبُ

فَٱنْصَاعَ جَانِبَهُ ٱلْوَحْشِيَّ وَٱنْكَدَرَتْ ✻ يَلْحَبْنَ لَا يَأْتَلِي ٱلْمَطْلُوبُ وَٱلطَّلَبُ

حَتَّى إِذَا دَوَّمَتْ فِي ٱلْأَرْضِ رَاجَعَهُ ✻ كِبْرٌ وَلَوْ شَاءَ نَجَّى نَفْسَهُ ٱلْهَرَبُ

خَزَايَةً أَدْرَكَتْهُ بَعْدَ جَوْلَتِهِ ✻ مِنْ جَانِبِ ٱلْحَبْلِ مَخْلُوطًا بِهَا غَضَبُ

87 mane, quasi daemones eum undique aggrederentur, ab omnibus partibus timet et circumspectat,

88 Tandem, si delectatur inter herbas djidr dictas et sol diei sibi ascivit radios, inter quos striae sunt,

89 et apparet albus, colore suo notus flammae, quando arenam sterilem ascendit, similis,

90 concitati sunt propter eum (canes) esurientes, oculis caeruleis, graciles, macilenti, quorum colorem mutavit fames et sitis,

91 auribus pendulis, orum angulis amplis, venationis cupidi, lupis similes, quorum in collis phalerae sunt.

92 Et (apparuit) vir praeda nutritus, qui quaestui fortuito operam dabat, qui patrem hoc quaestu lucrantem habuerat,

93 coma rara, vestibus tritis cinereis indutus, cui non erant praeter canes et praedam eorum opes.

94 Et in latus dextrum convertit se (taurus) et dispersi irruerunt recta transeuntes — non erat rei suae impar petitus nec petentes.

95 Tandem, quum in terra gyros variavissent, incessit eum superbia — nam si voluisset, fuga eum liberavisset —

96 propter pudorem, qui eum assecutus est, postquam ab arenis longe protensis se avertit, ira admixtum.

فَكَفَّ مِنْ غَرْبِهِ وَٱلْغُضْفُ يَسْمَعُهَا   خَلْفَ ٱلسَّبِيبِ مِنَ ٱلْإِجْهَادِ تَنْتَحِبُ

حَتَّى إِذَا أَمْكَنَتْهُ وَهْوَ مُنْحَرِفٌ   وَكَادَ يُمْكِنُهَا ٱلْعُرْقُوبُ وَٱلذَّنَبُ

بَلَّتْ بِهِ غَيْرَ طَيَّاشٍ وَلَا رَعِشٍ   إِذْ جُلْنَ فِي مَعْرَكٍ يُخْشَى بِهِ ٱلْعَطَبُ

فَكَرَّ يَمْشُقُ طَعْنًا فِي جَوَاشِنِهَا   كَأَنَّهُ ٱلْأَجْرَ فِي ٱلْإِقْبَالِ يَحْتَسِبُ

فَتَارَةً يَخِضُ ٱلْأَعْنَاقَ عَنْ عُرُضٍ   وَخْضًا وَتَنْتَظِمُ ٱلْأَسْحَارُ وَٱلْحُجُبُ

يُنْحِي لَهَا حَدَّ مِدْرِيٍّ يَجُوفُ بِهِ   حَالًا وَيَصْرُدُ حَالًا لَهْذَمٌ سَلِبُ

حَتَّى إِذَا كُنَّ مَحْجُوزًا بِنَافِذَةٍ   وَزَاهِقًا وَكِلَا رَوْقَيْهِ مُخْتَضِبُ

وَلَّى يَهُدُّ ٱنْهِزَامًا وَسْطَهَا زَعِلًا   جَذْلَانَ قَدْ أَفْرَخَتْ عَنْ رُوعِهِ ٱلْكُرَبُ

كَأَنَّهُ كَوْكَبٌ فِي إِثْرِ عِفْرِيَةٍ   مُسَوَّمٌ فِي سَوَادِ ٱللَّيْلِ مُنْقَضِبُ

وَهُنَّ مِنْ وَاطِئٍ ثِنْيَيْ حَوِيَّتِهِ   وَنَاشِجٍ وَعَوَاصِي ٱلْجَوْفِ تَنْشَخِبُ

97 Itaque continuit se propter alacritatem suam, quum pendulis auribus insignes pone caudam propter studium ejulantes audiret.

98 Tandem, quum ab eo attingi possent, dum ille se converterat, et ab illis paene attingi possent nervus cruris et cauda,

99 potiti sunt eo haud inconstantes et impavidi, quum huc et illuc cursarent in pugnae loco, in quo timebatur interitus.

100 Et reflectebatur celeriter pectora eorum confodiens, quasi in occursu mercedem reputavisset.

101 Et interdum confodit colla eorum a latere et praefixi sunt pulmones et pleurae.

102 Invadebat eos acumine cornus, quo modo in ventrem penetrabat — modo confodiebat (cornu) acutum, longum.

103 Tandem, quum alius eorum in medio corpore ictu penetrante vulneratus esset, alius animam ederet et ambo cornua eius tincta essent,

104 recessit fugiens per illos medios festinans, alacer, laetus, tristitiis a corde remotis,

105 quasi fuisset stella post malignum missa, signata, quae in nigredine noctis descendit.

106 Et alius illorum calcabat intestina complicata, alius anhelabat, dum venae ventris, quarum profluvium cohiberi non potest, manabant.

أذاك أم خاضب بالسي مرتعه   أبو ثلاثين أمسى وهو منقلب

شخت الجزارة مثل البيت سائره   من المسوح خدب شوقب خشب

كأن رجليه مسماكان من عشر   صقبان لم يتقشر عنهما النجب

ألهاه آء وتنوم وعقبته   من لائح المرو والمرعى له عقب

يظل مختضعا يبدو فتنكره   حالا ويسطع أحيانا فينتسب

كأنه حبشي يبتغي أثرا   أو من معاشر في آذانها الخرب

هجنع راح في سوداء مخملة   من القطائف أعلى ثوبه الهدب

أو مقحم أضعف الإبطان حادجه   بالأمس فاستأخر العدلان والقتب

أضله راعيا كلبية صدرا   عن مطلب وطلى الأعناق تضطرب

فأصبح البكر فردا من حلائله   يرتاد أحلية أعجازها شذب

107 Utrum hic (camelae meae aequiparandus est) an (struthiocamelus ille), cuius crura rubent, qui in regione Sij pascuum suum opimum habet, pater triginta, qui sub vesperum redit?

108 cuius crura tenuia sunt, dum reliqua eius pars tentorio e panno crasso confecto similis est, corpulentus, longus, asper.

109 Quasi crura eius essent pali duo Asclepiadis, longi, non decorticati.

110 Occupatum tenent eum â arbor et heliotropium et per vices silices fulgentes et pastus.

111 Interdiu modo incurvatus apparet, tum eum non cognoscis, modo caput erigit, tum genus suum indicat.

112 Quasi esset Aethiops, qui vestigium quaerit, vel e gentibus, quarum in auribus foramina sunt,

113 crassus, qui sub vesperum toga fimbriata nigra indutus est, cuius vestem tegunt cirri.

114 Vel camelus debilis, quem heri male cinxit onerans, ita ut relapsae sint ambae sarcinae et clitellae,

115 quem amiserunt duo (camelorum) Kalbensium pastores, qui redibant ab (aqua) remota, dum colla vacillabant.

116 Et mane juvencus a familiaribus separatus carduos quaesivit, quorum radices reliquae erant.

عَلَيْهِ زَادٌ وَأَهْدَامٌ وَأَخْفِيَةٌ   قَدْ كَادَ يَسْتَلُّهَا عَنْ ظَهْرِهِ ٱلْحَقَبُ
كُلٌّ مِنَ ٱلْمَنْظَرِ ٱلْأَعْلَى لَهُ شَبَهٌ   هٰذَا وَهٰذَانِ قَدُّ ٱلْجِسْمِ وَٱلنُّقَبُ
